



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 1. Articulus circa Episcoporum electionem ad aliam Sessionem  
remissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ

## LIBER CLXV.

❧ o ❧

PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,  
FERD. I. OCC. IMP.

### §. I.

*Articulus circa Episcoporum electionem ad aliam Sessionem remissus.*

Interea Legati illos Synodi Patres, Sæcul. XVI.  
quos Concilium ad efformanda Re- A. C. 1563.  
formationis decreta selegerat, acce-  
Pallav. l. 21.  
febant, dato eis negotio, ut sententias c. 8. n. 1.  
a singulis Præfulibus prolatas super de-  
cretis per ipsos digestis restringerent  
juxta majoris partis consensum: ait  
quod spectabat ad electionem Episcopo-  
rum, necesse fuit ad aliam Sessionem  
rem protrahi: etenim præter varias  
difficultates in singulorum sententiis  
allatas circa hoc Decretum, quod ordi-  
ne primum erat, Melchior Cornelius  
*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* Y Lusi.

Sæcul. XVI. Lusitanus Senator plura adhuc alia con-  
A.C. 1563. gessit dubia, eaque Patribus ad hoc ex-  
amen destinatis communicavit, often-  
dens, quod quo magis Principum arbitri-  
trium in Episcopis nominandis minue-  
retur, tanto magis multiplicaretur nu-  
merus prærogativarum, quæ ad hujus-  
modi gradum necessariæ forent: qua-  
re prosequebatur Senator, in dies ma-  
gis experimento probatur, quod Ponti-  
fici longe minus, quam ceteris imputari  
valeat cunctatio in reformationis nego-  
tio, prout perperam hic a nonnullis in-  
simulatur, dum tamen ardenter pium  
hoc opus promovere quidem exoptat,  
sed plurima obstacula prævidet. Cete-  
rum cum Cardinalis Lotharingius, cui  
Patrum complures adhærebant, auctor  
fuisse, ut ex antiquissimis Ecclesiæ tem-  
poribus repeteretur ratio, qua varia di-  
versorum Ordinum minorum munia in-  
novari possent, idcirco huic negotio non  
sine maximo studio desudatum est, eo  
confilio, ut hujus rei summa in aliis  
Decretis apponерetur. Verum in po-  
stremo cœtu aliud consilium suscep-  
tum est, cum expenderetur, quod post tan-  
tam consuetudinum varietatem, quam  
fert diutinus temporis cursus, diffi-  
cultur fieri posset, ut pristinus singulo-  
rum ritus Ecclesiis integer redderetur:  
satius igitur esse judicatum eorum no-

mina

lia con-  
hoc ex-  
, osten-  
m arbi-  
minue-  
tur nu-  
hujus-  
: qua-  
ies ma-  
l Ponti-  
nputari  
s nego-  
llis in-  
c pium  
xoptat,  
Cete-  
us, cui  
auctor  
e tem-  
aria di-  
unia in-  
tio non  
est, eo  
n aliis  
in po-  
ceptum  
ost tan-  
, quam  
, diffi-  
ingulo-  
eretur:  
um no-  
mina

mina recensere, & illorum usum gene- **Sæc. XVI.**  
ratim commendare ad secundi capitilis  
finem: præcipue vero, quoad fieri pos-  
set, opportune curandum, ut per emen-  
dationis decreta hi Ordines in usum re-  
vocarentur.

**A.C. 1563.**

## §. II.

### *Caput de titularibus Episcopis deletum, & Seminaria approbata.*

Pariter sublatum est illud decreti **Pallav. n. 2.**  
caput, cuius decisio jam parabatur **& 3.**  
contra novam Episcopos ad merum ti-  
tulum creandi consuetudinem: crede-  
batur enim, quod Ecclesiæ necessarius  
esset moderatus quidam numerus E-  
piscoporum, quibus citra sui gregis de-  
trimentum liceret subservire aliis in  
suffraganeorum munere, & alii a Ro-  
manorum Pontifice tanquam Legati  
Apostolici decerni, vel ad alias Episco-  
porum functiones adhiberi valerent.

Præ ceteris etiam comprobatum est,  
ut Seminaria instituerentur, adeo, ut  
complures affirmarent, quod si nullus  
alius fructus ex eo Concilio decerpitus  
fuisse, solus hic labores omnes & in-  
commoda in Ecclesiæ utilitatem tole-  
rata compensaturus esset, cum id  
unicum sit adjumentum, quod efficax  
ad reparandam collapsam disciplinam  
agnoscetur, cum certa sit regula, in